Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



xlv

50

uos ligare manipulos in a
gro: et quasi consurgę manu
pulꝰ meꝰ et stare: undiq; ma
nipulos aꝝistantes adorare
manipulꝰ meꝰ. Rñderunt
frēs eius. ℣ Nūquid rex regn
eris: aut subiugabis nos ditioni tue:
Per ergo causa somniorū
atq; sermonū inuidie et odij
fomitē ministrauit. Aliud
quoq; uidit somnium qđ nar
rans frībus ait. Ecce uidi per som
nium quasi solem et lunam et
stellas undecim adorare me
Qđ cum patri suo et frībus re
tulisset increpauit eū pater
et dixit. Quid sibi uult hoc
somnium qđ uidisti: ℣ Num
ego et mater tua et frēs tui
adorabimus te super terram: In
uidebant igit ei frēs sui: pa
ter uero rem tacitus considerabat
Cumq; frēs illius in pascen
dis gregibus patris morarentur
in sychem. Dixit ad eū Isrl.
Frēs tui pascunt oues in Sy
chimis sed ueni mittam te
ad eos. Quo rñdente. Presto
sum. Ait. Vade et uide si cūcta
pacifica sint erga frēs tuos et pe
cora et remitte mihi quid agant
Missus de ualle hebron uenit
in sichem. Inuenit eū uir erran
tem in agro: et interrogauit
quid quereret: At ille rñdit
frēs meos quero. Indica mi
hi ubi pascant greges. Dixitq;
ei uir: Recesserunt de loco isto
audiui enī eos dicentes. Eā
mus in dothaym. Perrexit er
go ioseph post frēs suos et
inuenit eos in dothaym. Q̄
cū uidissent eū procul: ante
quā appropinquaret ad eos cogita
uerunt illū occidere: et inuicē
loquebant. Ecce somniator
uenit. Venite occidamus eū
et mittamus eū in cisternā
ueterem: dicemusq; fera pes
sima deuorauit eū: et tunc
apparebit quid prosint illi
somnia sua. Audiens aūt
hoc ruben nitebat liberare
eum de manibꝰ eoꝝ et dice
bat. ℣ Non occidamus: ait:
eius: nec effundamus sanguinem
eius innocentem sed proiicite
eū in cisternā hanc que est in so
litudine manusq; uras seruā
te innoxias. Hoc aūt dicebat
uolens eripere eum de manibꝰ
eoꝝ et reddere patri suo. Gℓ Ho
dñm cū tribularer clamaui et exau
diuit me. ℣. Dñe libera aiam me